Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [1]

RETALIATIO SATYRICA
IN
SATYRICON SATYRIZANS SATYRICOS.

IANI BODEGERI
BENNINGI.

CASTALII.

Anno M. DC. XXXI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

RETALIATIO SATYRICA IN Satyricon Satyrizans Satyricos:

JANI BODEGERI BENNINGI

SCribere qui Satyras, alienos carpere mores
gaudes, qui rodis crimina noſtra tuo
Carmine mordaci, quæ tanta veſania mentis?
Iane! *quid in ſocios ſic oculatus ades?*
Dummodo tu vitijs his omnibus ipſe teneris,
Queis alios pudeat! commaculaſſe velis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

Seu Venus *illicitos avidè* Laſciva petenti

Præbeat amplexus. non inimicus ades.

Seu te Lais *amet vacuum* Bodegere *pudore.*

Oſtentans gremium, non inimicus ades.

Seu Baccho Cererique *ſimul ſervire bibendo*

Res jubeat ſtrenuè. non inimicus ades.

Seu potu nimio plenus producere nudum

Cogaris vitulum. non inimicus ades,

Seu fumos liceat tetros efflare Tabaci

Naribus elatis. non inimicus ades

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

Seu pila volitante juvet recreare lacertos
Defeſſos etiam. non inimicus ades.
Seu chartæ veſtrum, ſeu fallax teſſera avarum
Delectent animum. non inimicus ades.
Seu noctu tacitam mens ſit vocitare per urbem
Graſſando rabidus. non inimicus ades.
Seu Mopſum *fraudare bonum ſimulando puella,*
Cura ſit; addicta. non inimicus ades
Singula quid memorem? vitiis (ut ſydere cœlum
Vermibus ut caſeus putridus) ipſe ſcates.

Deſine quin igitur Satyras cõ-
ſcribere verſu
Mordaci; vel te carmina
noſtra petent.
Carmina noſtra petent te cri-
mina uoſtra petentem
Et Satyra Satyras edomuiſſe
tuas
Haud multum eſt; ſunt & pun-
gentia ſpicula muſcæ
Et formica nimis ſæpe peti-
ta ferit.

Aliud.

N*oſtras miraris Satyras*, Bo-
degere, *quid illud?*
Miramur veſtras. Iam
ſumus ergo pares.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

Criminı noſtra petis, petimus
nos crimina veſtra
Iane *pari metro. Iam ſumus*
ergo pares.
Thais *veſter amor ,ſequimur*
nos Thaida, *amantes*
Illcitam Venerem. *Iam*
ſumus ergo pares.
Tu chartas adamas ſpe lucri,
teſſera noſtrum
Ludit avarum animnm. Iã
ſumus ergo pares.
Tu Curios *ſimulas, &* Baccha-
nalia *vivis*
Illud idem facimus .Iam ſu
mus ergo pares.
Omnibus es vitiis addictus, ſic
ſumus omnes
Addicti vitiis. Iam ſumus
ergo pares.

Ergo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

Ergo rogo taceas, mea ſpondet
musa tacebit
Nec veſtras Satyras, noſtra
premet Satyra.

Poſui Gratulabundus
Hermophilo Mopſus.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

4

SERMO

IN

CORRVPTI

HERMOPHILI

Tanugrienſis

Corruptos

MORES

CASTALII.

1631.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

CANDIDO LECTORI.

ANimadverſiones meas, quas in Satyram Hermophili Tanugrienſis edere conſtitueram, ex voto prevenerunt longè Doctiſſimæ ac ſtylo haud vulgari adornatæ caſtigationes in omnium manibus verſantes, quę quomodo pro dignitate diluā-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

tur, Hermophilus viderit. Quædam in iis brevitatis gratia digito tãtum indicata, in hoc ſermone dilatantur, ut unicuique conſtet, vitiis, quæ à Satyrico carpuntur, ipſum Satyricum ſcatere. Vale & ride.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

SERMO

In corrupti Hermophili Tanugrienſis corruptos mores.

QVo tua mens fuſcata ruit? qud lìvida torquet
Corda? quid innocuos mordaci lædere dente
Tentas? quid petulans aliorum nomina falſo
Criminibus maculas? injuncto muneri an illa
Sat bene conveniunt? tu jurgia dura movebis?
At culpam removes, alios hoc crimine damnas;
O lepidum cerebrum, verbis quis credat iniquis!
Quod ſi (quod nuper factum eſt) te præſide quiſquam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

*Diſputet, atq; aliquid tentet profer-
re magiſter,*
*Inſultas acſi gereres in corde furo-
res*
*Indomitos; citius quam audiveris
argumenta,*
Clamoſam vocem tollis, Tria verba,
magiſter
Deſinat in verbis ludum celebrare
quod ipſi
Conſuetum nimis eſt. *Sic obfuſ-
care ſtudebat*
*Auditorum animos, ne rectum
cernere poſſent.*
*Nec mirum; metuebat enim nau-
fragia famæ;*
*Mox palmam vibrat, terræ cæloq;
minatur.*
*Corda tremunt, proferre nihil vetat
ira pudorq;*
*Quid faciat ſocius fucata vocabula
promit,*
*Queis animos paulum lenit queis
temperat iras,*

Et

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

Et ter idem repeti jactat, quo ſpicula
miſſa
Declinare queat, non audet dicere
falſam
Maiorem , metuit falſam clamare
minorem,
Attamen ex illis ſequitur concluſio
falſa,
Non etiam in formâ vitium mon-
ſtrare valebat.
An non hic acer tutor, qui ænig-
ma retorquet ?
Qualem ſe tacite ſpargit ſermone
procaci,
Non omni ratione carens, nam laude
celebri
Ad rutilos cœlos attolli optaverat,
illud
Nemo tentabat, nemo celebrare vo-
lebat
Mundivagam famam noſtri bi
frontis Jani,
Maluit hinc proprio laudari nomine
nomen.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

Quod ſi quiſquam alius patraſſet talia, quantas
Elatæ mentis deberet ſolvere pœnas?
Quot bibulæ Hermophilus mandaret ſcripta papyro?
Quam fureret? quos non gauderet adire labores
Vt miſerum depingat eum carbone ſat atro?
In propriis talpa eſt, alios modo lumina ſpectant,
Tantum alios lædunt, aliorum nomina radunt.
O utinam nimium cæcis ſpectaret ocellis
Hermohp quanto ilus nuper vacuarit honore
Pocula, quæ vino ſat plenus, largiter una
Cum dapibus patulo ſibi ſumptis ore remiſit'
Doctorum ingenti turba præſente virorum:

Forſan

Forſan tum Satyras ſcribebat, carmine forſan
Hos tres ſermones nigro livore ſcatentes
Reddidit, haud mirum, cum nemo carpere poſſit
Crimina ni primo fuerit maculatus iiſdem:
Nam qui grande nefas commiſit, pandere novit
Rectius ut fœdum ſit fas abrumpere ſanctum,
Præſertim quod ſi monitor proponat ob orbes
Luminis, admiſſi depinctam criminis umbram.
Quod factum extemplo cum vix nuchthemeron unum.
Motu abſolviſſent radiantia lumina ſolis,
Poſtquam fœdaſſet doctum ructatio cœtum.
Cum fuerat placata fames Cerealibus armis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

Et lautis dapibus cunctorum corda
repleta,
Et Baccho depulſa ſitis, quem Gal-
lia profert,
Ancillæ menſas removent, ſeme-
ſaque fruſtra
Eſcarum tollunt, ætatis flore vi-
gentes
Luſibus exercent ſatiatos corporis
artus
Conſtituunt aliquem rigido quo ju-
dice, quiſquis
Tranſgreſſor fuerit, Batavo de more
tenetur,
Tradere pro libitu quicquam, quod
pignoris inſtar
Iudex aſſervat donec mandata ſe-
quendo
Tranſgreſſor, quicquam faciat vel
proferat ore
Impingit Janus, perſolvit pignora,
Iudex
Ut pœnas ſumat, ſermone ſilentia
rumpit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

Pendula mens hæret vix ſcit decernere pænam.
Tu nobis facundus ades. tua fluminis inſtar
Suavia verba fluunt, docto deſcribere cuncta
Tu ſermone vales, vitulum depingere pæna
Sit tibi (cauſa fuit quod Belgæ nomine eodem
Quod tribuunt vitulo ut grato magis ore loquantur
Ingratum vomitum ſoleant quandoque notare)
Hæc judex ubi dicta dedit reus incipit ore
Affari: cogor meritas exſolvere penas
Cum legtm lat am fuerim tranſgreſſus, id æquum
Eſſe, docet ratio ſinceia & practica tradit
Cognitio, id placet, id factis monſtrabo decorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

Eſt imbelle pecus, non duris dentibus aptum
Ad pugnam atrocem, nec acutis unguibus acre,
Nondum fronte ſua lædentia cornua geſtat,
Quadrupedum genus eſt, ipſi mugire loquela,
Non ut avis ſuavem depromit gutture cantum,
Lubrica complevit nondum ætas illius annum.
Hæc ubi finivit, ſic judex ora reſolvit:
Viventem vitulum nobis facundus adumbras,
Optarem calidi cujus ſit copia Bacchi
Auctor, quem grato vino generavit onuſtus
Ventriculus, cujus ſint mater hiantia labra.
Hæc ubi dicta cavas Jani ſonuerit per aures

Advrtit

Advertit culpam & tumida mens æſtuat ira.
Hæccine ſane tui rabidi tibi cauſa furoris?
Hoc ne coactus eras tot ſcribere crimina? tanta
In medium proferre vagis opprobria verbis?
Et vere ſapientem hominem quia fecerat illud
Judicium, ficto ſub nomine Morobuli,
Audaci ſermone tuo tot lædere gerris?
Nil forte illicitum eſt aliorum facta notanti,
Siccine profeſſor morum jejune, doloſis
Hic te blanditiis fallis? tibi cuncta licere
Perſuadeſne tibi? cui ſola ſcientia morum
Arri det mores aliis quipandis honeſtos,

Retibus aſſiduo pilas vibrabis? in ædes
Deduces alios in queis emittere fumum
Per patulas nares ut per fumaria diſcant?
Cætera prætereo multum juvenilibus annis
Eſt indulgendum: forſan meliora videbo.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

ENCOMIUM.

Iani Bodecheri BenningI, Moralis Philoſophiæ Profeſſoris de venere ſua robuſta & ſolida gloriantis, Satyræ ſuæ pag. 49.

Qui facili teneros verſu formavit amores
Pelignæ gentis gloria Naſo fuit;
Qui ſolido teneros coitu complevit amores.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

Benningæ gentis gloria Ianus erit
Naſo Poëtarum, Deus eſſe merêre luparum,
Ergo mihi poſthac Iane Priapus eris.
Scilicet & tanto de Numine Leyda ſuperbit,
Fit Veneris, ſchola quæ Palladis ante fuit.

In Satyram Ipſam.

Scripſiſti Satyram Bodechere *ſed algida languet ;*
Cauſa eſt, poſt coitus naſcitur illa tuos.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

#5

IGNOTII BENNINGOPHILI *ſacculus reſponſionum,*

IN QVO

Præcipuæ Calumniarum, quibus hactenus vel clam, vel palam, non immerito impeti videbatur præſtantiſs. Dn. M. Hermophilus Tanugrienſis, pulcherrimè confutantur.

Legite & judicate.

PLVTII, Anno 1631.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

Ornatiſſimo Doctiſſimoq́ue
Iuveni,

DN. HERMOPHILO
Tanugrienſi,
Lib. Art. Magiſtro et
Philoſophiæ practi-
cæ in Acad. Caſtal.
Profeſſori Pub-
lico,

Amico ſuo ſpecialiſſimo,
S. P.

Etſi tute, Ornatiſſ. Dn. Hermophile, in præ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

4

fatione tua ſatis & bellè & maſculè adverſariorum tuorumcalumnias refutaſſe videaris, dum eas contemni abs te dictitas, &c.

Tamen vel quia gliſcebant quotidie criminationes, vel quia noſtram neceſſitudinem id poſcere arbitrabar, facere non potui, quin ſtricto adverſus ſycophantas illos vindici

ſtilo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

ſtilo Satyram tuam longè omnium facetiſſimam, ab eorum injuriis vindicarem. Hoc igitur feci; quamvis craſſa, ut ajunt, Minerva, neque eâ ſtili elegantia, qua tu, pro tua ſcilicet eloquentia, forſitan uterere. Atque ita feci, ut non ea tantum, quæ jam typis excuſa in omnium verſantur ore ac mani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

bus, verum etiam quæ intra privatos parietes in conventibus nonnullorum jactata ſcio, quàm potui optimè refellerim: Non quidem omnia & ſingula, ſed præcipua; propterea quod ſpero, vel ſubverſis his, quæ videbantur aliquid habere ſoliditatis, cætera, quæ minus habent fundamenti, per ſe collapſura:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

ra: vel te ipſum pro tua libertate, fuſius aliquando & dicacius reſponſurum. Ego hæc interim quaſi præludia, in publicum edenda exiſtimavi, quo ſaltem aliquatenus malevolorum procacia ſiſteretur. Eaque tibi optimo jure conſecro, cum quia res tua agitur, tum, quia neminem habeo te mihi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

conjunctiorem. Tu igitur, Ornatiſſ. D. Hermophile, laborem hunc noſtrum, tua cauſa exantlatum, lubens recipe, lege & æqui bonique conſule. Vale. Dab. Caſt. in muſæo meo 3. Kal. Mart. Anno 1631.

Ign. Benn.

Hæc breviter præfati rem ipſam aggrediamur.

I.

NOn pauci ſunt, qui exagitant ipſum nomen Satyrici, tanquam ſcripto Hermophili non ſatis accommodatum. Ajunt eſſe inſulſas Beani nænias, fabellas, ineptias pueriles & quidvis potius quam Satyram. Verum hi ignorare mihi videntur quid ſit Satyra, & unde nomen eius deſcendat. Satyra appellata eſt à Satyris, Diis ſylveſtribus, laſcivis & ad libidinem valde pronis. Eſt ergo

pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

propriè ſcriptum quod Satyrorum protervitatem & libidinem ſpirat. Nunquid autem Hermophili noſtri liber talis eſt? Quid enim aliud redolent illius lupanaria, ſcortorum amplexus, nudæ Veneri & rigido hortorum Cuſtodi Priapo libata pocula? Quid contactu ad libidinem provocata membra? quid cavâ manu (ut eleganter ipſe loquitur). lecta poma? Quid reliqua verborum ſpurcities & impudentia coram honeſtis auribus vix ac ne vix quidem effanda? Concedant ergo belle vocari Satyram.

II.

Reprehendunt, quod in inſcriptione præfationis D D. Curatores vocat illuſtres; quo eodem titulo

titulo inf. in princ. Orat. inſigni-
vit Illuſtriſsimos Bohemiæ Prin-
cipes. Idque vel fœdam eius in-
ſcitiam vel impudentem adulatio
nem arguere contendunt: Siqui-
dem DD. Curatores illuſtres eſſe
non videantur. Itaque non tam
honorare eos, quam impudenter
& ineptè mordere, adeoque ſimi-
lem eſse aſino illi Aeſopico, qui
exemplo canis, domino ſuo blan
diri voluit; ſed ineptus loco fa-
voris ac liberalitatis, & verba me-
ruit & verbera. Addunt autem
nō eò hæc ab ſe dici, quod Nobi-
liſs. Virorum honori quicquam
detractum velint, ſed imo ut ab
hujuſmodi ineptiis, quas ipſi ne
quidem ſomniarint unquam; no-
mina eorum vindicent. Poſtremū
hoc mitto; ad primum, Reſp.
Neganda omnino eſt quam hinc
eliciunt, concluſio. Non con-
vin-

vincitur hoc argumento Hermophilus noſter inſcitiæ, neque etiam adulationis. Nam datur tertium. Fecit id fortaſſe par courtoſie. Neque eius rei authorem nullum habet. Facit idipſum, & quidem longe magis, Nobiliſſ. D Rapenburcidius, quem ſi conveneris nihil audies niſi, veſtra altitudo, dominatio &c. A quo fortaſſe hæc didicit.

III.

Sunt qui irrideant totum illius inſtitutum, parumque prudenter feciſſe dicant, quod talibus VV. tam futiles nugas inſcripſit. Quaſi vero illi, licet graviſſimi, nullis delectentur facetiis & fabellis, aut ita ſemper gravioribus negotiis implicati ſint, ut.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

ut nunquam ſeſe refocillent. Solent Reges & Principes habere ſuos moriones, quorum ridiculo ſermone & geſtu tædium negotiorum diſcutiant. Quidni idem præſtet Nobiliſſ. Dom. Curatoribus Hermophili noſtri liber? Equidem credo eos non minus effuſe riſuros, dum illum evolvent, quàm ſi veterem illam de Tilo, vel Reinike hiſtoriolam, vel ſi quid magis ridiculum, legerent. Nec ullus dubito quin, cognitis tantis eius leporibus, ad profeſſionem ordinariam confeſtim eum ſint promoturi, vel ſaltem aliquot coronatorum millibus donaturi.

IV.

Carpunt, quod generaliter omnes Academiæ cives ſcortationis &c. reos agat. Sed (videte quam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

ſincerus ſim) hic ignoſcendum e
xiſtimo ſimplicitati eius; forte e
ſuo animo judicavit alios.

V.

Moleſte ferunt nonnulli, quo
dixit in Præfat. fore quædam i
ſuo ſcripto, *quæ non capiant*, di
cuntq; non eſſe, quod id metuat
Quaſi vero vel decimus quiſqu
in tota Hollandia (quæ tamen
felicem habet doctorum homi-
num proventum) illius ſcript
ſnubtilitatem intelligat. Im
verò nonnunquam ita tragædia
tur, ita poëtiſſat, ut eum ipſum
quid dicat vix capere crediderim.
Non igitur mirum eſt, quod aliis
metuit.

V I.

Notant illius philautiam, quam
pro-

prodiderit in eo, quod præter neceſsitatem aliquoties nomen *Jani* inculcavit. Sed quid magis abſurdum, minuſq; incredibile, quàm tali vitio laborare eum, qui mores publicè profitetur? Philautiæ comites eſſe ſolent ſuperbia & ambitio. Neutrum autem horum cadit in Hermophilum. Nam quod quidam garriunt de ambitu profeſſionis, nihil ad rem facit; hoc factum eſt *in illo tempore*. Nunc eſt profeſſor publicus, quem id non decet. Si hæc vobis non ſatisfaciunt, reſpondebo cum Hermophilo meo, Vos quorum linguæ hoc modo tinctæ ſunt, relegandos eſſe ubi plorare continuo cum Heraclito addiſcatis, &c. Totum eius argumentum proferre non auſim; periculum n. eſt, ne quis veſtrum exanimatus in apoplexiam incidat. Ita vehemens eſt, ita forte, ita cornutũ. Et credo

dé allata hac eius parte vos labaſcere, nec ulterius obſtrepituros. Nunquid ita eſt? maximè. Nec mirum: nam profecto ipſum Ariſtotelem, ſi viveret, Hermophilo noſtro ceſſurum puto ſic argumentanti. Cavete ergo, ſi ſapitis, ne poſthac adverſus Hermophilum tam audacter digitum tollatis.

VII.

Vbi ſuam ille nominat *continentiam*, exprobrant ei, quod non ita pridem in convivio clariſſ. hominum evomuerit. Quaſi verò quiſquam ſit ita continens, qui ſuum ventriculum nimio cibo & potione diſtentum nauſeantemque continere queat, ne quid ejiciat. Solent Medici illi circumforanei, dum ſua commendant pharmaca, dicere, ſi hoc ſumpſeris,

ris, etiamſi conſutus tibi eſſet podex, nihilominus rupta ſutura erumpent excrementa. Idem rectiſſimè affirmare poſſis de ventriculo ſupra modum onerato. Quid quod feliciter cum iis agi dicunt Medici, qui poſſint interdum vomere? Ideoque nonnulli docent, ut conſervetur valetudo, ſemel aut bis quoque menſe vomere oportere.

Neque eſt quod id turpe eſſe exiſtimemus. Evomuit præſentibus multis nobilibus nobilis ille Dn. Georgus Teewſken, liber Baro in Bucephalia. Evomuit inter perorandum, imo vomitu totum tribunal implevit M. Antonius modo Conſul, modo Triumvir Romanus, modò Rex Ægypti. Quod tales viri fecére, quid ni Hermophilo noſtro decorum ſit? qui etſi eſt Profeſſor publicus (imo extraordinarius) tamen ali

quanto inferior illis exiſtimandus eſt. Obganniet fortaſſe quiſpiam, extare quidem hujuſmodi exempla, ſed nuſpiam probari: quinimo dum hæc & ſimilia produntur, notari eorum mores. Sed facilis & reſponſio: Nam quo animo, aut quem in finem hæc literis ſint mandata, non diſputo; hoc ſcio, eos æternum inde nomen adipiſci. Hoc autem potiſſimum quærit Hermophilus; ut abunde teſtatur ipſius Satyra, quam licet maximè (quod pace dicam eius) obſcænam & ineptã, tamen evulgavit, ut aliquid memoriæ poſterorum relinqueret, neque eius, cum vita, omnia extingerentur. Nam (ut hoc obiter addam) quod quidam ganninnt, emiſſe illum non ita pridem femorale holoſericum, unde adhuc ære alieno opprimatur, & propterea edidiſſe librum, ut, impetrato

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

o præmio, illud exſolveret; Nugæ ſunt. ipſe habet unde ſolvat. Solum nomen quæſivit. Et cluit quidem jam ipſius nomen per totam, pene dixerim, Hollandiã, propterea quod ſemel vomuit, & ſemel atque iterum ob Satyram ſuam exploſus eſt. Quam ille celebris evadet ſi ſæpius illud factitarit, hoc paſſus fuerit! Sed hæc obiter.

VIII.

Poſthæc non ſemel illum criminantur plagii. Nam ſuffuratus, inquiunt, labores alienos pro ſuis venditat. Bone Iupiter, quæ hæc inſolentia eſt! Deſcripſit fortaſſis hinc inde bonus Hermophilus unam atque alteram paginam, quò ſibi minueret in ſcribendo laborem. Et hoc nomine mox inter plagiarios referetur? idque à

Diſcipulis ſuis? *O tempora!* *O mores!* O Vos ingratos Diſcipulos, qui tam levi de cauſa ſic criminamini præceptorem! Quid? etiamſi equum aut boves abegiſſet, tamen deceret vos eum defendere potius (ſicuti nos facimus) quam accuſare. Nec obſtat, quod ille prius Satyrico ſuo dente vos laceſſivit: nam hoc licitum illi eſt pro ſua, quam habere ſe putat in omnes Academiæ cives, authoritate, & officio, quò publicè fungitur, ita poſtulante. Sed hem, quid garrio? nimium vobis concedere videor, & imprudens penè fateri crimen. Non ita volo. Cupio n. amicum mihi Hermophilum. diſcam ab eo nonnulla adhuc Ethica, in quibus valde excellit. Dico igitur nihil ſuffuratum eum, ſed imitatum tantum eſſe commodos inſtituto ſuo ſcriptores, quod fecere etiam alii.

Quid jam dicetis ? quid contra afferetis ? nihil poteſtis, niſi cum Venuſino illo convitiantes, ſervũ pecus, aut fucum illum appellare. Sed ſurdo oppeditis. ſcheltwoordia prorſus ſpernit Hermophilus, & concoquit ſtomacho ferè Stoico; eos autem, quorum linguæ hoc modo tinctæ ſunt, relegandos ducit, ubi plorare continuo cum Heraclito addiſcant, neque horam unquam benigniorem nanciſcantur, &c.

IX.

Cavillantur, quod ait, ſe ſuam ſatyram *memoriæ poſterorum relinquere*, dicuntque non fore tam longævam. Quaſi vero dum ſtabit genus humanum defuturi unquam ſint, qui capiantur nugis licet ineptiſſimis. Concedo fieri poſſe, ut deſint aliquando (ut homi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

homines ſunt naſuti)in hiſce ori qui eam legere dignentur. Sec quid tum? propterea non peribit mittetur in regnum Portvegiæ ſeu,ut vulgus ait,Portugalliæ: ib lectione talium librorum ſe pur-gant homines ab omnibus ſuis criminibus ſeu croeminibus po-tius: quamobrem magno in pre-tio ſunt. Vel (quod laudabilius mihi videtur, & Authori, credo magis arridebit) mittetur in Phar maciam, ut condiatur balſamo pipere, cinnamomo, reliquiſque aromatibus quibuſque præſtan-tiſſimis. Et tunc ad nos remiſſa cuivis erit gratiſſima.

X.

Redarguunt admodum operoſe quod dixit *conſuetudinem latam, & ſtatutam*, id quod jura nequa-quam ferant. Sed Reſp. alia voce

pſittacus loquitur, alia coturnix. Si vos eſtis Iuriſtæ, obſervate vos iſtas proprietates: quid Hermophilo cum jure? graculo cum fidibus? Cani cum balneo? ille Rhetor eſt & more Rhetorum loquitur ſubinde καταχρηστικῶς. Non curat ille veſtras privilegias, & moleſtas in loquēdo curioſitates. Liber eſt, inquam, & pro ſua libertate liberè loquitur ut vult. Hæc, ut ſimpliciſſima, ita veriſſima eſt reſponſio.

XI.

Similiter corripiunt bonum Hermophilum, propterea quod dixit *peſtilenti funorum flumine*, &c Quaſi vero non ſit egregia inter flumen & fumum ſimilitudo. Nam quemadmodum flumen per agros currit ſine pedibus; ſic fumus inſcendit caminum ſine ſcalis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

lis. Rurſus, ut fumus propter le
vitatem natura fertur ad ſupera
ſic flumen ſemper decurrit ad in
feriora. Denique ſicut Midas, it
& Hermophilus aures meruit a
ninas.

XII.

Ex eodem genere etiam hoc eſt
Dicunt inſulſum eſſe, quod eum
cui jam laurea Doctoratus (qu
nulla dignitas altior) conferebat
tur, appellat puerum. Se
ipſummet eſſe puerum.
Quid ſi concedam totum argu
mentum? Verendum mihi non
erit ne colluſiſſe, aut parum fide
liter illum defendiſſe videar. Nam
etſi Hermophilus noſter, cum in
ter diſputandum erigit ſuam cri
ſtam, vir eſſe, imo vel ipſum He
culem vultu terrere poſſe videa
tur; tamen doctrina; hem lapſu
ſum lingua, ætate, inquam, pro
pemo

pemodum adhuc puer eſt. Neque hoc ei contemptum parere, ſed admirationem eius augere debet, quod, cum alii viri eruditiſſimi vix toto vitæ ſuæ curſu à ſe impetrare queant, ut quicquam ex ſuis ſcriptis exire patiantur, metuentes ne quis forte negotium faceſſat: Hic ea ætatula ita dicax, ita ſcribax eſt, nec ullius metuit ſtilum. Quàm ille confidens, quam audax, quam ſcirbax evadet, ſi aliquandiu adhuc manſerit ſuperſtes!

XIII.

Tandem, veluti impetum facturi, tria ſimul jaciunt in eum tela, ſuperioribus omnibus acutiora magiſque venenata. Quæ profecto quomodo depellam vix reperio. Optarim equidem ipſum Hermophilum, pro ſua confidentia, iis obviare, & erecta criſta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

eadem retorquere. Sed non fit. Itaque meum eſſe arbitror, ut vires eorum atque impetum, quantum poſſim, debilitem reprimamque. Quæ igitur illa ſunt? Primum eſt crimen impudicitiæ: clamitant enim non tam Cenſorem agere illum aut Profeſſorem morum in ſua Satyra, quam lenonẽ & ſcurram: non abſterrere à vitiis, ſed eadem diligenter docere; ſiquidem in iis paſſim quæ maximè impudica ſunt, maximè diſertus ſit, maximéque exactus, adeo quidem, ut multi multa, quæ hactenus ignorarint, ibi ſint reperturi: Ac proinde ex ipſius præſcripto, licet id forte contra præſcripti mentẽ ſit, peccaturi. Quamobrem ſapienter olim Solonem, interrogatum cur nullum ſupplicium conſtituiſſet in eum (Ciceronis verba ſunt pro Roſc. Amer) qui parentem necaſſet: Reſpon-

diſſe

diſse, ſe id neminem facturum putaſse; ideoque de eo nihil ſanxiſse, ne non tam prohibere, quā admonere videretur. Ad hæc duo mihi reſponderi poſse videntur, primo, Satyræ id eſse proprium, ut audax, ut ſpurca, ut impudica ſit, quandoquidem ſic dicta eſt à Satyris, ut ſupra dixi. Deinde idipſum etiam Hermophilo convenire, ut tanquam è plauſtro loquatur; propterea quia liber eſt; neque virgarum laſciviam metuit in tergo ſervili. Hoc n. ipſe ponit in princ. Sat. tanquam fundamē-tum eorum omnium, quæ dicturus ſit. Si hæc non ſatisfaciunt, benignus lector de meliore ſolutione cogitet. Nihil n. aliud habeo.

XIV.

Secundum eſt crimen violatæ Proſodiæ. Probant enim non ob

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

ſervaſse eum quantitates ſyllabarum, dum *p.* 10. *v.* 10. *de* in voce *deerit* produxit, quod omnino ſit corripiendum, niſi(ut nonnunquam fit) contrahatur ut ſit biſyllabam [deerit.] Hoc autem eo loci fieri non poſse,quia tum futurus ſit *trochæus*, ubi debeat eſse *dactylus* vel *ſpondeus*. Item *pag*. 87 *verſ ult*. produxit *qua* in dictione *quaſi* quod breve eſse non ſit dubium. Contra. *pag*. 93. *v* 9 Corripuit *ne* in voce *Dione*, quod producendum fuerit, quia in Græco eſt *η*(*διώνη*) quæ ſemper longa. Et huiuſmodi eſse plura, quæ brevitatis cauſa omittant. Sed Reſp. Quid Hermophilo, Profeſsori publico, cum iſtis minutiis? Rem minimam non curat Prætor l. 4. D. de in Integr. reſtit. Nos ſumus nobĭles Pŏloni, non curamus quantĭtatem ſyllābarum. Iſta puerilia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

rilia obſervent pueri, quibus alioqui metuenda eſt ferula. Nos poma natamus. Nos liberi ſumus & ſoluti legibus Proſodiæ. Imo vero exemplo veterum pro noſtro arbitrio ſyllabas quaſlibet aut corripimus aut producimus. Hoc telum egregie depuli, nunquid Hermophile? Similiter etiam excipiam quod jam expecto.

XV.

Tertium longè omnium acerbiſſimum eſt crimen ſolæciſmi. Oſtendunt enim non ſemel ätrociter ab eo vapulaſſe Priſcianum; ſiquidem *pag 99. lin.* 15. *& ſeq*, particulam *ut* conſtruxit cum *modo indicativo*, quam tamen Grammatici ad unum omnes, illo ſignificatu, *ſubjunctivo* adjungendam doceant. Et *in exord. orat. pag* 124. *lin* 2. *& ſeq.* dixit, *in quo* (ſc. loco) *nihil niſi &c. afferri oportet &c.* ubi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

dicendum fuerit *in quem*. Nã eſs
ibi *motũ ad locum*, qui apud Cicer
nem *in exord. Orat pro leg. Mani*
(unde hæc mutuatus ſit Hermo
philus) exprimatur per vocem *hu*
&c. Recenſent etiam alia huiu
generis, quæ ſtudio brevitatis præ
tereo. Ac tandē concludunt (quo
credo, negabit meus Hermophi
lus) ad Scholas triviales illum eſ
ſe relegandum, ubi metu virgar
& ferulæ diſcat parcere Priſciano
Proh Deûm atq, hominum fidē
quid inſoleſcere eſt, ſi hoc nō eſt
O præpoſterum hominum ingen
um! Minerva ſuem: hem, erro; ſus
inquam, Minervam, diſcipuli præ
ceptorem docebunt? Non eſt m
ris. Abite in malam rem cum iſt
hac veſtra Logica. Docete veſtro
diſcipulos iſtas logomachias &
ſubtiltates. Perinde eſt Magiſtr
noſtro ſive dicat *da mihi calix*, ſiv
da mihi calicem. cum utrumqu
ſigni-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]

ſignificet poculum. Perinde ei eſt ſive dicat *patimus*, ſive *patimur*. Vtrumque n. eſt Genitivi caſus. In dictione, inquam, non ita curioſus eſt; res ipſas ſcil. attendit, exemplo multorum.

Quæ cum ita ſint, omnes & ſingulos huius Academiæ cives etiam atque etiam rogatos volo & monitos ut tandem aliquando deſinant bonum Hermophilum ſugillare, neque poſthac tã audacter illum exploſum eant, ne quod imprudentes malum ſibi creent. Nam profecto multa in promptu ſunt remedia quibus veſtram *inſolentiam Compeſcat*. Primum n. abſtinebit ab eruditiſſimis ſuis lectionibus. Et quid tum profectum fuerit? quid inde ad vos redibit commodi? quid non potius incommodi? unde enim, illo tacente, diſcetis mores? Deinde cum redierit ad lectiones, Cory-

cæos alet, qui, more latronum vos obſervent & prodant. Deinde habet ſenem patrem, qui circumibit, & delatos ſingulos privatim objurgabit. *Quod ſi per ſe ſuoſque vos compeſcere non potuerit, erunt alii qui poterunt.* Deferet vos ad Magnificum Dn. Rectoré, criminiſq; læſæ Majeſtatis reos faciet. Et ſi ille noluerit huic ludo ſe immiſcere, quod fortaſſe judicabit, turdũ ipſum (ut eſt in proverbio) ſibi malum cacare: tum vero ſacrã anchoram ſolvet, è veſtigio Hagã petet, ibiq; apud Nobiliſſ. & Ampliſs. Dn. Curatores ita vos criminabitur, ita traducet, ut vita vobis acerba futura ſit. Multum n. valet apud illos; ſiquidem tantopere delectati ſunt eius Satyra, ut excanduiſse dicantur inter legendum, præ nimia oblectatione. Amen. Valete.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
184 N 32 [3]